

reductio non sit proprie appellatio, cum non præcesserit actio iudicati non est ad Superiorem arbitri interponenda: sed est tantum quasi quadam provocatio ad Iudicem competentem, qui in tali casu est ille, qui Iudex cause futurus erat, si lis in iudicio disceptaretur. Si sententia à qua est appellatum, vel petita reductio confirmetur, debet, qui succubuit, poenam solvere. *L. 38. ff. de Recept. si non confirmetur arbitrorum Sententia, non debetur poena. L. 13. tit. 26. lib. 8. R. C.* Quando igitur Iudex Ordinarius confirmat sententiam, à qua est appellatum, vel petita reductio, potest compromittens condemnatus appellare ad Iudicem Superiorem, vel ad Regiam Cancellariam, quod si ejus Senatores prima sententia confirmant sententiam arbitrorum, non admittitur appellatio, seu supplicatio à tali Cancellaria sententia. Si revocetur arbitrorum sententia, potest à sententia revocatoria Cancellaria, *Hispani: de Vista, appellari, seu supplicari: & tunc ultima sententia Cancellaria, Hispani: de Revista executioni mandatur. L. 4. tit. 21. lib. 4. R. C.* ibi: *Mandamos, que luego que la tal sententia arbitraria fuere dada, de que la Parte pidiere execucion, se execute libremente pareciendo, y presentandose el Compromisso, y Sentencia signada del Escribano publico, y pareciendo que sus dada dentro del termino del Compromisso, y sobre las cosas sobre que fue comprometido, y que la Parte sea satisfecha de aquello sobre que fue sentenciado en su favor, haciendo obligacion, y dando fianzas llanas, y abonadas ante el Juez, & Jueces, ante quien se pudiere, & oviere de executar la sententia de tornar, y restituir lo que ubiere recibido por virtud de la tal sententia con los frutos, y rentas, segun que fuere condenado, si la tal sententia fuere revocada: y si la otra Parte oviere reclamado, & reclamar, & pedido, & pidiera reduccion, y albedrio de buen varon, & fecho, & ficieren de nulidad, & por otro remedio, & recurso alguno, si la tal sententia arbitraria fuere confirmada por el Presidente, y Oidores, que de la tal sententia confirmatoria no aya mas suplicacion, ni nulidad, ni otro remedio alguno; pero si por Juez inferior fuere confirmada, que pueda apelar para ante el Presidente, y Oidores, para que sentencien en ello: y si fuere confirmado no aya mas grado; y si fuere revocada por el Presidente, y Oidores, que de la tal sententia revocatoria se pueda suplicar para ante ellos mismos, quedando en su fuerza la execucion, hasta que se de sententia en revista.*

Si inter arbitros alius sit Licius alius Clericus, appellatio, vel reductio petenda est coram Clerico Superiori: quia dignus trahit ad se minus dignum. Et profectò hæc appellatio, vel reductio interponi debet in nostra Hispania intra quinque dies à die notificationis. *Arg. L. 1. tit. 18. lib. 4. R. C.* qua lege corrigitur juxta aliquos. *L. fin. tit. 4. p. 3.* ubi decem dies conceduntur ad hanc reductionem petendam, & quamvis hoc negat. *Arveda in l. 4. tit. 21. lib. 4. R. C. n. 143.* tamen securius iudicat interponere appellationem, seu reductionem intra quinque dies. Et idem dicendum de sententia arbitratorum. Et cum generaliter sit prohibita appellatio à sententia arbitratorum. *L. 27. §. 2. ff. de Recept. l. fin. tit. 4. p. 3.* ut admittatur talis appellatio, seu reductio debet inveniri gravis læsio, quæ juxta *Barthol.* erit sexta pars rei, de qua compromittitur. Et juxta alios hoc iudicis arbitrio relinquatur. *Hevia de Com. Terrestr. lib. 2. cap. 14.* ubi latè de his agit.

413 Arbitri officium finitur. 1. Sententia definitivè pronuntiatione: nam tunc jam suo officio fundus censetur. *L. 19. §. 1. ff. de Recept. aded, ut nec suam sententiam exequatur, sed ejus executionem Iudicis Ordinario relinquit. Arg. C. 4. de For. Compet. l. fin. tit. 4. p. 3.* 2. Lapsu temporis præfixi compromisso, nisi à partibus prorogetur, vel in compromisso hæc facultas arbitris concedatur. *L. 32. §. fin. ff. de Recept. l. 27. tit. 4. p. 3.* 3. Interitu, vel transactione, vel cessione rei, de qua erat arbitrium ferendum. *L. 32. §. 5. ff. de Recept. l. 28. tit. 4. p. 3.* 4. Si recedens à compromisso solvar poenam in eo positam transgressori, nisi adjecta sit clausula: *Rato manente compromisso. L. 34. §. 1. ff. de Recept. l. fin. tit. 4. p. 3.* Et ibid. *Greg. Lop. V. Peche la pena.* Nam tunc, etiam poena soluta, debet stare sententia. *Genz. in c. 2. h. t. n. 23. §.* Morte arbitri. *C. 50. de Testib.* etiam unius tantum, si sunt plures; nam censetur industria personæ electa. *C. 42. de Offic. Delegat. nisi sit adjecta clausula: Si omnes non possunt, arbitrentur reliqui, vel si res non sit integra, vel si sit compromissum in aliquam Universitatem, vel etiam in Prælatum sub nomine Dignitatis, secus est, si persona est electa. C. fin. §. Is. de Offic. Deleg. 6.* Arbitri deportatione, vel professione religiosa, vel diturna absentia. *L. 28. tit. 4. p. 3.* vel recusatione, ob odium cum una, vel ob amicitiam cum alia parte. Et quidem ar-

bi-

biter non potest recusari nisi ob causam ortam, vel notam post compromissum factum. *L. 15. ff. de Recept. l. 31. tit. 4. p. 3. Hevia de Com. Terrestr. lib. 2. cap. 14. n. 12. 7.* Morte compromittentium, vel unius tantum. *C. fin. h. t. nisi sit Universitas, quæ non moritur. L. 7. §. fin. ff. Quod cuiusq. si Curator, vel Procurator compromisserunt, non illorum mors, sed Minoris, vel Domini mors est attendenda: nam horum gratia factum fuit com-*

promissum. Si Prælatus compromissit super re, de qua potest solus disponere, ejus morte finitur compromissum: si de rebus Ecclesiæ adhibita solemnitate est factum compromissum, transit ad successorem. *Molin. de Just. tr. 5. D. 43. 8.* Mutuo compromittentium consensu: nam ab eorum voluntate ipsum accipit legem. *Arg. C. 81. de Reg. Jur. in 6.* idem dicendum est de officio arbitratoris, quod eisdem modis finitur.

LIBER II. DECRETALIU.

TITUL. I.

DE JUDICIIS.



Judicium aliquando significat usum rationis. *L. 12. §. 2. ff. h. t.* aliquando ultimam voluntatem *C. 4. de Sepulch. in 6.* aliquando adionem, condemnationem, sententiam, & jurisdictionem significat. In presenti tamen sumitur pro toto processu, qui coram Iudice competente fit. *Gl. in c. 12. de Reg. jur. in 6. V. In Judiciis.* Et definitur ex *L. 9. l. 13. C. h. t. C. 10. de V. S.* sic *Judicium est legitima controversia, quæ inter actorem, & reum intercedit, per iudicem cognitio, discussio, ac definitio.* Et quidem in hac definitione satis explicantur, & comprehenduntur omnes partes principales iudicii: nam per illam vocem legitima significatur, quod debet servari juris ordo à Legibus præscriptus; per illas voces discussio, & cognitio significatur accurata inquisitio, & sedulum examen ad definiendam litem per sententiam, quod per ultimam vocem significatur. Etiam comprehenduntur personæ, quibus iudicium debet constare: Scilicet, actor, reus, & iudex. *C. 10. de V. S.* Etiam continetur iudicii materia: nam controversia est causa, casus, factum, punctum, materia, negotium, articulus, questio, jurgium, vel lis de qua est ferenda sententia. Questio, quæ in iudicio disceptatur; aliquando pertinet ad factum: v. g. An Titius contraxerit, vel non matrimonium, vel alium

contractum: & tunc dicitur questio facti. Aliquando verò pertinet ad jus: v. g. an tale matrimonium sit validum, vel non, an sit licitum, vel non: an talis contractus sit usurarius, vel non, an sit legitimus, vel non: & dicitur questio juris. Et licet prædicta nomina causæ, controversiæ, negotii, &c. aliquantulum differant. *C. 10. de V. S.* sæpè pro eodem sumuntur. Tempus intra quod iudicium fit, dicitur *Instantia.* Sic prima instantia est illud tempus, quod ab initio iudicii, præcipuè à litis contestatione usque ad sententiam definitivam currit: & secunda instantia vocatur, quando lis apud iudicem appellationis disceptatur.

2 Actor, sic ab agendo dictus est, qui primus provocat ad iudicium. *L. 13. l. 29. ff. h. t. l. 1. tit. 2. p. 3.* aded ut etiam in iudicio ex *L. Diffamari 5. C. de Ingen. manum.* diffamans provocare censetur: ac proinde tanquam actor, diffamatus verò tanquam reus habetur. Etiam in iudiciis duplicibus, in quibus uterque litigans est actor & reus, ut in iudiciis divisoriiæ familiæ herciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum, ille qui prius ad iudicium provocat, actor censetur. *L. 13. ff. h. t.* Ille, qui in causis civilibus actor, in criminalibus accusator dicitur. *L. 10. l. 13. ff. de Public. judic. quasi causator,* quia ad causam vocat eum quem accusat, vel appellat ad iudicium. *C. 10. de V. S.* Et loco accusatoris aliquando succedit Ma-

refrenando. non sic tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessarie, & defensiones legitime admittantur: citationem vero ac prestationem juramenti de calumnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur per commissionem hujusmodi intelligitur non excludi. Aliqua tamen petitio ex parte actoris, & rei in exordio litis est facienda, sive scriptis, sive verbo, actis tamen continuo (ut super quibus positiones, & articuli formari debent, possit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inferenda. Cl. 2. de V. S. 4. Judicium aliud est civile, aliud criminale. Civile est, in quo actor principaliter prosequitur commodum privatum ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto proveniens. Et hinc quando de crimine agitur, non ad vindictam publicam, sed ad commodum privatum, illud iudicium civile est: si ad utrumque agatur, dicitur mixtum. Criminale est, in quo de crimine agitur: & quidem criminaliter, seu ad vindictam publicam, v. g. si agatur contra aliquem ad privationem officii, vel ad poenam corporis afflictivam, vel ad infamiam, vel ad multam pecuniariam, vel quid simile. Si vero res est irroganda poena capitalis, hoc est, vel mortis naturalis, vel servitutis, vel deportationis, dicitur iudicium criminale capitale. Hæ sunt principales iudiciorum divisiones, aliis omissis, quæ facili percipiuntur. In iudicio stare possunt omnes illi, qui habent personam legitimam standi in iudicio, ut sunt homines liberi, nisi aliqua ratione prohibeantur: cum cuilibet licet jus suum prosequi, actionem intentando, & se defendere: exceptiones opponendo. Nequeunt tamen in iudicio stare. 1. Furiosi, amentes, infantes, pupilli, surdi, muti, prodigi; sed pro ipsis tam ad agendum, quam ad defendendum, iudicium subeunt Curatores, & Tutores. L. 1. §. 2. ff. de Administr. & pericul. ibi: Sufficit Tutoribus ad plenam defensionem, sive ipsi iudicium suscipiant, sive pupillus ipsis auctoribus. Admittit tamen pupillus etiam sine Tutore in causis criminalibus, sic exigente publica utilitate, si aliter nequeat probari delictum. Si pupillus comparens sine Tutore in iudicio non repellatur ab adversario, & vincat, sustinetur sententia in ejus favorem lata, ne alias in ejus damnum retorqueretur, quod in ejus favorem fuit introductum. 2. Minor 25. annis, nec in civilibus, nec in criminalibus habet legitimam personam standi in iudicio sine Curatore, & sententia contra ipsum lata,

tamquam contra indefensum est ipso jure nulla. L. 45. §. 2. l. 54. ff. de Rejudic. pro ipso tamen lata sustinetur. L. 14. C. de Procurat. ibi: Minoribus enim ætas in damnis subvenire: non in rebus prosperè gestis obesse consuevit. L. 11. tit. 2. p. 3. ac proinde, Si minor Curatorem non habeat, ipsi, etiam invito, ad litem est curator dandus. §. 2. Inst. de Curator. cujus officium, lite finita, cessat. §. fin. Inst. de Auctorit. Tutor. l. 7. tit. 2. p. 3. Minor tamen, qui jam pubes est, habet personam standi in iudicio sine Curatore. 1. In causa spirituali, ut in causa matrimoniali, beneficiis, decimis, & etiam in annexa spirituali, v. g. si super dote ratione matrimonii contracti, vel super jure patronatus annexi beneficio, minori moveatur lis. Si tamen impubes est dandum est ipsi ab Episcopo, vel Vicario, vel delegato Curator specialis, qui loco illius prosequatur litem, etiamsi Tutorem habeat. C. fin. h. t. in 6. Et ibid. DD. 2. Si juravit non contravenire gestis, vel gerendis in iudicio. 3. Si juravit, se majorem 4. In causa momentanea possessionis. 5. In querela de toro violato, hoc est, si matrimonii sui injuriam prosequatur, secus aliter. L. 15. §. 6. ff. de Leg. Juliam, de Adulter. 6. In causa alimentorum, si periculum est in mora. L. 1. C. de Aliment. pupill. præstand. 7. Si 20. ætatis anno completo veniam ætatis aliquis minor impetravit. L. 2. C. de his, qui veniam ætat. 8. In preparatoris iudicii usque ad contestationem litis excluditur. Denique, quandoque ex consuetudine, vel statuto potest minor sine Curatore stare in iudicio.

3. Filius familias non habet personam legitimam standi in iudicio. Et quidem si contra patrem vult litigare, ut potest de causa spirituali. C. 1. ff. de Sponsalib. vel de patria potestate, vel de peculio Castrensi, vel quasi Castrensi, vel de alimentis; tunc indiget venia Prætoris. L. 13. ff. de in Jus vocand. L. 3. tit. 2. p. 3. quæ Lex loquitur de filio, qui à patria exierat potestate, & tunc petita venia non solum in prædictis casibus, sed etiam in quacunque causa potest filius contra patrem agere, dum non sequatur poena mortis, vel mutilationis, vel infamie. Si tamen filius magnam injuriam, vel damnum in sua persona, vel bonis passus sit, potest agere contra patrem actione in factum ad emendam. Idem dicitur de liberto gratis manumisso, qui quidem non potest agere contra patronum, nisi petita venia à Judice. Eandem veniam debet petere gener, quan-

do

do contra socerum, agit etiam mortua sua uxore, idem est, si vassallus contra Dominum, Parochianus contra Parochum, Discipulus contra Magistrum, Privignus contra Novercam agant, & alii: de quibus Paz in Praz. Bobad. Polit. Hev. in Cur. Philip. p. 1. §. 10. ex n. 4. Si filius familias cum extraneo habeat litem, etiamsi major 25. annis sit, regulariter indiget consensu, saltem generali patris, ut agere, vel se defendere possit in iudicio. L. fin. C. de Bonis, qua liber. C. fin. h. t. in 6. quod si pater injustè renuat hanc veniam concedere, potest ad hoc compelli à Judice. Si filius familias sit major 25. annis, potest in iudicio stare sine consensu patris, sed nomine alieno, v. g. tanquam Curator, vel Procurator. C. 5. de Procurat. in 6. imò & nomine proprio, si lis sit de causa spirituali, vel illi annexa. C. fin. h. t. in 6. vel de bonis Castrensibus, vel quasi Castrensibus. L. 4. §. 1. ff. de Castrens. pecul. ibi: Actionem, prosecutionemque Castrensiū semper filius, etiam invito patre, habet. L. 2. tit. 2. p. 3. In momentanea possessione, de toro violato, in his, quæ extraordinario officio Judicis fiunt. L. 17. ff. de Rebus credit. In absentia, vel amentia patris, vel si detur periculum in mora. L. 18. §. 1. ff. h. t. In preparatoris iudicii usque ad litis contestationem. L. 22. §. 5. ff. Solutio matrim. Et in causa personali. L. 57. ff. h. t. Hev. in Cur. Philip. p. 1. §. 10. n. 7. 4. Mulieres honestæ in causis civilibus possunt, si velint, (nisi sint Religiosæ) non tamen coguntur stare in iudicio agendo, vel respondendo: ne cogantur vagare, & virorum coetibus se immiscere: sed earum defensio à viris suscipienda est, & executio in bonis ipsarum facienda. L. 3. tit. 7. p. 3. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 88. n. 10. In criminalibus non permittuntur accusare ob sexus pudorem, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur. L. 8. ff. de Accusat. si tamen aliqua mulier atrocioris criminis sit rea, invita trahitur ad iudicium: imò & ad carcerem. C. 2. h. t. in 6. & furca suspenditur, si hac poena sit dignum delictum. Fœminæ Religiosæ, etiamsi velint in civilibus comparere in iudicio, nequeunt hoc facere, ne hoc prætextu extra claustra vagentur cum detrimento disciplinæ religiosæ. C. 2. h. t. in 6. 5. Religiosus tanquam actor, vel reus, per se, vel per Procuratorem, etiam circa contractum ante ingressum celebratum non potest in iudicio stare sine Prælati licentia, saltem tacita, & aliter facta sunt ipso jure irrita, cum Religiosi mortui sæculo censeantur,

Tom. I.

& nihil proprium habeant: sed Monasterium, in quod bona, & jura transtulit pro eo agere, & respondere debet, si ipse pro are alieno, vel contractu celebrato ante Religionis ingressum convenitur. Et contra Monasterium est formandus libellus, non tamen tenetur Monasterium ultra bona, quæ à Monacho accepit. L. 10. tit. 2. p. 3. Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 12. n. 1. & 2. phres. celtans. Potest tamen Monachus stare in iudicio, & in eo respondere, vel agere, si lis intentetur circa valorem professionis, vel si studiorum, vel alia legitima causa absit à Monasterio, arg. L. 18. §. 1. ff. h. t. vel si obtineat beneficium, quod aliquam administrationem habeat annexam, vel si ex delicto proprio conveniatur Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 12. n. 3. & 4. Prælati immediatus alicujus Ecclesiæ, si apud ipsum sit administratio, potest in iudicio stare, tamquam actor, & reus, nomine suæ Ecclesiæ, etiam super bonis, & juribus communibus sine consensu Capituli. C. 9. l. q. 2. c. 9. h. t. c. 21. de Rescript. c. 17. de Restit. spoliat. si bona pertinent specialiter ad Capitulum, ipsum sine Prælati stare in iudicio potest; nisi in utroque casu negotium sit valde arduum: quia tunc nec Prælati sine Capitulo, nec Capitulum sine Prælati stare possunt in iudicio. Sed si forte Capitulum sine Prælati consensu stetit, & obtinuit, etiamsi requiratur Prælati consensus, non solum quoad solemnitatem, sed etiam ad valorem sententiæ, hæc tenet, si postea ratihabeatur à Prælati; arg. L. 56. ff. h. t. Prælati in causa propria Capituli, & Capitulum in causa propria Prælati possunt agere, vel respondere, si habeant mandatum speciale vel saltem caveant de rato, quando agunt, & iudicatio solvendo, quando respondent. Glos. in C. 1. de Procurat. V. Legaliter, sicut in personis conjunctis accidit. Prælatorum Regularium facultas ad standum in iudicio per se, vel per alios, juxta singulorum ordinum constitutiones debet regulari. Et idem dicendum est de Abbatissis, Priorissis, & aliis Præpositis Monialium. Ipsæ tamen de Jure Communi super bonis, & juribus suorum Monasteriorum possunt per Procuratores stare in iudicio. Tambur. de Jur. Abbat. D. 32. q. 13. Ad Parochum etiam spectat (non excluso Episcopo, sed cum illo) jus agendi super rebus, & juribus suæ Parochialis Ecclesiæ; arg. C. 21. de Rescript. Si tamen in ea Ecclesiâ sit Vicarius constitutus, & Ecclesiâ sit incorporata Monasterio, Monasterium de juribus, & rebus

Bb 2

Ec

Ecclesie, ipse Vicarius de jure Vicaria, qua talis, respectivè agent. Eodem modo discurrendum est de Receptoribus Hospitalium, & aliorum piorum locorum.

6. Servus in causis pecuniariis non habet legitimam personam standi in judicio. *L. 6. C. h. t. bene tamen admittitur in causis concernentibus suum statum, vel utilitatem publicam, & in causis Criminalibus. L. 53. ff. h. t. l. g. tit. 2. p. 3. 7.* Excommunicatione majori ligatus repellitur à judicio, vel à parte per exceptionem, vel à Judice ex officio, quando ipse excommunicatus accedit voluntariè, non solum tanquam actor, sed etiam tanquam reus, ut sic Censura Ecclesiastica magis timeatur, & excommunicatus robore suffusus humiliter, & reverenter reconciliationem procuret. *C. 7. h. t. c. 2. c. 12. de except. c. 8. de Sentent. excom. in 6. Suar. de Censur. D. 16. sect. 3. & 4.* Quando verò invitus ad judicium accedit, vel tanquam reus, vel etiam tanquam actor, teneatur in judicio comparere, vel per procuratorem; ut debet ex honestate (& sic intelligitur verbum debet. *Text. in C. 7. h. t. Gonz. ibid. n. fin.*) non tamen ex necessitate: siquidem per se potest comparere in judicio: quia si ex debito, vel crimine non posset trahi in judicium, lucrum ex suo delicto reportaret contra Text. in *C. 7. h. t. Glos. ibid. V. Conveniri. Sua. de Censur. D. 16. sect. 4. n. 6.* contra Decium, Imol. & alios, qui dicunt excommunicatum solum posse, & debere stare in judicio per procuratorem. Quando igitur ad judicium sic invitus trahitur excommunicatus potest actorem reconvenire. Si reconventio connexa sit cum actoris conventionem, quia tunc potius se defendit, quam agit, & omnis defensio, ut à Jure Naturali descendens, illi permittitur, ac propterea potest opponere exceptiones, recusare Judicem, & ab ejus sententia appellare. Non tamen poterit reconventionem ponere, si hæc est inconnexa cum conventionem nam reconventio est reciproca petitio. *C. 2. de Mutuis petit. & reconveniendi in nova, & inconnexa causa sit actor voluntarius: quod omnino ipsi prohibetur. C. 7. h. t. Similiter intelligitur reus voluntariè accedere, quando intendit remedium. L. Diffamari, 5. C. de Ingen. manum. & è contra censetur actor accedere invitus, ac consequenter in judicio admittitur, cum tunc ad se defendendum accedere credatur. C. 5. c. fin. de Except. vel quando agit in concernentibus ani-*

mae periculum, vel quando petit revocationem attentatorum, vel quando agit, quia periculum est in mora, vel si impediatur facere sibi permessa, vel si agat de bono publico suæ Ecclesie, vel si intendat probare excommunicationem, esse nullam; *arg. C. 1. de Rescript. in 6. Barbo. in c. 7. h. t. ex n. 10. Post Extr. Matr. V. Ad citanda.* Si excommunicatus vitandus est, regulariter debet necessariò repelli: si toleratus sit, potest à parte, vel Judice repelli, licet non necessariò repellatur, si non repellitur, valent acta in judicio, quamvis illicitè fiant. *Gonz. in c. 7. h. t. n. 6.*

7. Licet regulariter, nemo compellatur agere, vel accusare, cum cuilibet liberum sit actioni, & juri, quod contra alium habet cedere. *L. un. C. Ut nemo invit. agr. vel accusar. l. 46. tit. 2. p. 3.* Si verò quis semel actionem proposuit, cogi potest, eam prosequi. *Auth. Qui semel, C. Quomod. & quanda. Judic. etiam agere compelluntur Tutores, & curatores pro suis minoribus; arg. L. 2. C. Arbitrium Tutel. Procurator. L. 11. l. 13. C. Mandat. Administrator Civitatis; arg. L. 2. §. 7. ff. de Administr. rer. ad Civit. pertin. Qui fraudulentè agit contra mercatorem, vel alium viatorem, ut differat ejus iter compellitur, & merito quidem, à Judice ad instantiam partis, ut intra breve tempus contra talem mercatorem, vel viatorem agat: alias non audiat donec à suo itinere, vel via redierit. L. fin. tit. 2. p. 3.* Qui alterum diffamavit, cum censetur provocasse diffamatum, ad hujus instantiam compellitur ad agendum intra certum tempus, alias ipsi silentium imponitur. *L. Diffamari, 5. C. de Ingen. manum.* Qui semel promisit coram Judice sedente pro Tribunali, se litigaturum, dum sit Judex proprius, & non unicus, quamvis lis non sit contestata, non potest à judicio resilire, nec forum declinare, nisi ex nova causa, vel si antiqua detegatur: quod si legitime citatus non compareat, ut contumax excommunicatur. *C. 1. h. t. Si in Judicem alienum consensit, ante litem contestationem, tanquam re adhuc integra, resilire potest. L. Si convenerit, 18. ff. de Jurisd. Gonz. in C. 1. h. t. n. 12.* Judices Principe inferiores, sive Ordinarii, sive Delegati, non possunt cogere litigantes stare per se in judicio, nisi causa fuerit Criminalis; si est infligenda poena corporis afflictiva relegatione major, vel etiam pro veritate dicenda, vel pro juramento calumnie præstando,

do si ipse litigans non habeat procuratorem cum speciali mandato ad hoc juramentum faciendum. Nam in his casibus, vel quando alia necessitas exigat, possunt Judices litigantes cogere, ut coram ipsis compareant personaliter. *C. 1. h. t. in 6.* Extra hos casus, possunt litigantes uti jure sibi concessio, ac proinde per se, vel per Procuratorem alternativè comparere. *C. 2. de Procurat.* quo jure solum ab ipso Legislatore possunt privari; *arg. C. 17. de Reg. jur. in 6. ibi: Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum. L. 3. tit. 7. p. 3.* Litigantes tamen per se ipsos, non per advocatos proponere debent ea, quæ ad factum spectant, nisi sint personæ rudes. *C. 14. h. t. L. 20. §. 1. ff. de Interrogat. in jur.* quia ipsi reus melius respectam habent; *arg. C. 40. de Elec.* Hodie verò factum, & jus ex eo resultans per Advocatos proponitur.

8. Causæ, quæ ad judicium Ecclesiasticum spectant sunt in duplici differentia: aliæ enim sunt spirituales, quæ & merè Ecclesiasticæ appellantur, aliæ sunt temporales. Spirituales dicuntur illæ, quæ ex suo objecto sacræ sunt, & circa rem sacram versantur Temporales sunt, quæ ex se habent objectum profanum, sed quia contra personam Ecclesiasticam proponuntur, vel ex alio capite ad Judicem Ecclesiasticum pertinent, Ecclesiasticæ dicuntur. Causæ spirituales, seu merè Ecclesiasticæ, etiam inter, & contra Laicos versantes, ad Judicem Ecclesiasticum pertinent. *C. 2. c. 3. h. t. c. 18. §. Prohibemus, de Hæret. in 6. C. 12. de Sent. excom. in 6.* quia potestas, & jurisdictio spiritualis, quæ ad ipsarum definitionem requiritur est à Christo D. concessa D. Petro. *Matth. 16. v. 18.* ubi Petro dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Et apud Joan. 21. v. 17.* dixit: *Pasee oves meas.* Et in Petro, ejus Successoribus idem concessit, & nullo modo Laicis. *C. 6. de Major. & obed. Extr. 1. eod. int. com.* Inde est, quod harum causarum exemptio à potestate, & jurisdictione Laicorum à Jure Divino provenit: siquidem harum causarum judicialis cognitio requirit potestatem spiritualem à Christo institutam, & Divo Petro, & ejus Successoribus concessam; & ab his, scilicet, Romanis Pontificibus, communicantur Judicibus Ecclesiasticis, & nullo modo Laicis. *C. 10. de Constit. c. 1. D. 96. Bellarm. de Cleric. lib. 1. cap. 28. Bobadill. Polit. lib. 2. c. 18. n. 32. L. 56. tit. 6. p. 1. ibi: Franqueados son aun los Clerigos en*

otras cosas, sin las que diximos en las Leyes antes de esta, è esto es en razon de sus juicios, que se departen en tres maneras. Ca. è son de las cosas espirituales, è de las temporales, è de fecho de peccadours: E todas estas cosas sobredichas, è las otras semejantes dellas, pertenescen à juicio de Santa Iglesia, è los Perlados las deben judgar. Et ibid. Greg. Lop. Causa ergo Ecclesiasticæ sunt, quæ pertinent ad fidem, Sacramenta, sacrificia, vota juramenta, Ritus Sacros, Censuras Ecclesiasticas, & prædictis annexæ; nam magis dignum trahit ad se minus dignum, *arg. C. 7. l. 9. 3. C. 3. de Consecr. Eccles. ut sunt causæ decimarum, & aliæ hujusmodi.* Etiam sunt causæ Ecclesiasticæ, quæ versantur circa matrimonium fidelium (quia non solum contractus, sed etiam Sacramentum est) quantum ad ejus valorem, obligationes, dissolutionem quoad vinculum, vel etiam quoad totum etiam ad breve tempus. *C. 5. de Procurat. Trid. sess. 24. de Matr. Can. 12.* Quoad cœremonias verò, pompam, & solemnitates extrinsecas matrimonii, Laicus Judex competens esse potest, de illisque bene valet cognoscere: imò & ad vivandum dispositionem Sacrorum Canonum, potest punire matrimonium clandestinum contrahentes. *L. 49. Taur. l. 1. tit. 1. lib. 5. R. C. & adulteros. C. 5. de Procurat. & compellere sponso injustè renuentes, contrahere, & conjugem divertentem coget ad suum conjugem redire. Matrimonia verò infidelium, quia tantum contractus sunt, ad Judicem Sæcularem penitus spectant. Si circa sepulturam versetur aliqua questio juris, sive actio realis intentetur; v. g. Si dubium sit, an titio competat jus sepulturæ in aliquo loco Ecclesiastico: sive actio personalis proponatur; v. g. Si dubitetur, an valeat promissio Titio facta de eo sepeliendo in sepulchro majorum: cum jus sepulturæ sit spirituale, vel spirituali annexum, scilicet, loco Sacro, vel Ecclesiæ, de tali questione solum Judex Ecclesiasticus cognoscit, & pronuntiat. Si verò questio circa merum factum tantum versetur: v. g. an Titio sit jus sepulturæ promissum, vel non: vel si questio versetur circa impensas funeris, Judex Sæcularis cognoscit: cum tunc tantum de facto, non verò de aliquo jure spirituali cognoscat, quod tantum ipsi esse prohibitum. Jus patronatus cum sit spirituale, vel saltem spiritualibus annexum, siquidem ordinatur ad beneficium Ecclesiasticum conferendum, consequenter ad*

judicium Ecclesiasticum spectat. C. 3. h. t. ibi: *Causa juris patronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico judicio valeat definiri.* L. 56. tit. 6. p. 1. Si verò jus patronatus non per se, sed accessoriè, & in cumulo, & universitate bonorum consideretur de eo potest Judex Sæcularis cognoscere; arg. C. 7. de Jure Patron. de Jure Regio patronatus, quod inter Regalia reparatur cognoscunt Prætoria Regia in nostra Hispania. L. 34. tit. 5. lib. 2. R. C. Gonz. in C. 3. h. t. n. fin. Solorz. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. ex n. 27. In Indiis cognoscunt, inter quascumque personas, de causis patronatus cum aliorum inhibitione, Prætores, Gubernatores, & Præsides, quibus hæc facultas, tamquam Vice-Patronis à Rege conceditur. L. 1. tit. 6. lib. 1. R. Ind. Et potest appellari à sententia Vice-Patroni ad Regias Cancellarias: quod si aliquid grave dubium emergat circa materiam patronatus non debent Prælati Ecclesiastici quid innovare, sed debent dubium remittere decidendum Regio Indiarum Consilio, L. 45. tit. 6. lib. 1. R. Ind. Debent tamen tales Judices Sæculares se intra terminos, & limites concessionis continere, quin manum ad prohibita extendant. Nam ut respondit Heva Serpenti. Genes. 3. v. 3. De fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comedemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Latè de hoc agunt D. Petrus Frasso de Reg. Indiar. Patron. tom. 1. cap. 34. ex n. 32. Villaroel de Regim. Eccles. 2. p. q. 18. art. 4. & q. 19. art. 1. ex n. 28. Solorzan. & alii. Quando principalitèr agitur de dote, & alimentis conjugii præstandis, solus Judex Laicus cognoscit; si verò incidenter in causa, divortii de ipsis agatur, quia vir nolit uxori, quia adultera est, dare dotem, & alimenta, ea causa trahitur ad magis principalem, qualis est causa divortii, ac proinde coram Judice Ecclesiastico disceptatur. C. 3. de Donat. inter Vir. Gom. in l. 50. Taur. n. 53. Sanch. de Matrim. lib. 10. D. 8. n. 15. Etiam aliqua crimina reservantur judicio Ecclesiæ & nullo modo Laicorum, etiamsi à Laicis committantur, ut hæresis, simonia, & alia, de quibus in suis locis agemus. L. 58. tit. 6. p. 1. Casus prædicti, & alii pertinentes ad judicium Ecclesiasticum afferuntur in L. 56. tit. 6. p. 1. Si dubitetur ad quem pertineat decisio alicujus causæ; hoc dubium ab Ecclesiastico deciditur. C. 12. de Sent. excom. in 6. quia hic licet

fortè incompetens esset, non est incapax de causa sæculari cognoscendi, sicut est incapax Laicus in causa Ecclesiastica procedendi; sicque nullum esset periculum, quod Judex Ecclesiasticus limites suæ potestatis excedere, sicut esset in Judice Laico.

9 Causæ temporales, quæ agitantur inter Clericos, vel saltem, quando reus, cujus forum sequitur actor C. 8. de Foro compet. est Clericus, etiam pertinent ad judicium Ecclesiasticum. C. 2. v. 4. c. 8. c. 10. h. t. c. 12. c. 12. de For. comp. c. 26. & per tot. 11. q. 1. L. 57. tit. 6. p. 1. Et hoc habet locum, sivè Causa Civilis sit, sivè Criminalis, sivè in judicio petitorio, sivè in possessorio disceptetur, sivè probationes liquide sint, sivè non. Sivè judicium exercetur cognoscendo, & definiendo, sivè executioni mandando sententiam à Judice Ecclesiastico latam, nisi eam exequatur Laicus de Judicis Ecclesiastici mandato. Et non solum quando Clericus, vel Ecclesia convenitur actione personali debet coram Ecclesiastico stare; sed etiam quando actio realis intentatur ab generalitatem Text. in C. 2. C. 6. 11. q. 1. c. 2. C. 4. h. t. quia res tamquam accessoriæ personæ, personam sequuntur. L. 43. ff. de Rei vindication. nec potest Clericus, etiam ratione officii Sæcularis, quod exercet coram Sæculari conveniri: nam licet possit à Principe tali officio privari, tamen criminalitèr, & civilitèr debet (ex Jure Canonico) coram Ecclesiastico stare. Clar. §. fin. q. 36. n. 25. Si clericus in judicio Sæculari falsum testimonium dixit, non potest pro eo à Sæculari puniri; arg. C. 4. h. t. Covarr. Jul. Clar. Salced. Barb. lib. 1. de Jure Eccles. cap. 39. §. 2. n. 90. Si Clerici ratione bonorum, quæ habent, aliquam contributionem debeant solvere, hæc debet peti coram Ecclesiastico ex declaratione Clem. VIII.

10 Hoc privilegio fori gaudent. 1. Clerici, non solum in sacris, sed etiam in minoribus, vel prima tonsura constituti. C. 2. h. t. Sed ex Trid. sess. 23. de Ref. cap. 6. & L. 1. tit. 4. lib. 1. R. C. ut in minoribus constitutus hodie gaudeat fori privilegio est necesse, ut vel beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum cum tonsura deferat, & simul alicui Ecclesie, ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendi versetur. Clerici conjugati, si cum una, eaque Virgine matrimonialitèr

copulati sint, alicujus præterea Ecclesia ministerio ab Episcopo sint deputati, & insuper Clericali habitu, & tonsura utantur, saltem in causis Criminalibus gaudent fori privilegio. C. un. de Cleric. conjug. in 6. L. 2. tit. 4. lib. 1. R. C. ibi: *Los Clerigos de Corona, y menores Ordenes, que conforme al Decreto del Sacro Concilio, y à la Ley antes desta, pueden gozar del privilegio del fuero, sea, y se entienda tan solamente, quanto al privilegio del fuero en las Causas Criminales (pero en todo lo demás, assi en el pechar, como en el pagar Alcabala, y en todas las otras cosas, no sean essentos, ni gocen del privilegio, y paguen, y contribuyan como los Legos; y en esto, y en todo lo demás sean avidos por tales, salvo los no casados, que adualmente tuviere beneficio Ecclesiastico.)* Quod saltem in nostra Hispania servandum est: quod quidem privilegium non extenditur ad Clericorum uxores. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 62. contra alios. Clerici in minoribus etiam non conjugati non eximuntur à solvendis debitis tributis nisi actu habeant beneficium. Acoed. in l. 2. & 4. lib. 1. R. C. & intelligit Legem 6. tit. 18. lib. 9. R. C. de Clericis in Sacris, & de minoribus; si habent beneficium Ecclesiasticum. 2. Privilegio fori gaudent Regulares utriusque sexus, etiam Laici; arg. C. 29. 17. q. 4. Imò & Novitii; arg. C. 21. §. 1. de Sentent. excom. in 6. Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 10. n. 10. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 12. n. 37. & 38. 3. Religiosi Ordinum Militarium, oblati, qui Religioni se suaque tradiderunt. Tertiarii S. Dominici, & S. Francisci, Eremita si in compuni vivunt, & juxta modum ab Episcopo approbatum, Rectores Hospitalium, quæ auctoritate Episcoporum sunt erecta, si intra domos degunt, & ipsi Hospitalarii, qui sub eorum obedientia vivunt hoc privilegio gaudent. Barb. de Offic. Episc. alleg. 12. n. 37. familiares Episcoporum in nostra Hispania non gaudent privilegio fori; ex Decr. post tit. 1. lib. 4. R. C. Oppositum tenent aliqui.

11 Sunt tamen plures casus, in quibus Clerici non gaudent privilegio fori, sed coram Judicibus Sæcularibus debet comparere. Sicque ad judicium Sæculare spectat causa feudalis, super qua Clericus convenit potest coram Domino feudali, etiamsi Laicus sit. C. 52. h. t. c. 6. c. 7. de Foro compet. L. 57. tit. 6. p. 1. hæc ferè ratio in nostra Hispania, Ecclesiæ, Monasteria, vel Clerici, qui habent ali-

qua stipendia, vel census annuos, vel eleemosynas, aliavè jura ex Regia concessionione, debent Laicos coram Sæculari Judice super his redditibus, & eleemosynis convenire, ibique litigare non verò coram Ecclesiastico, aliàs talibus juribus privantur. L. 6. tit. 1. lib. 4. R. C. idem est de stipendiis, quæ in Indiis ex Arario Regio recipiuntur ad sustentationem Parochorum. Hevia in Cur. Philip. 1. p. §. 5. n. 12. Si Clericus coram Sæculari conveniat Laicum in causa merè profana; non criminali, nec spirituali, potest ibidem reconveniri. L. 57. tit. 6. p. 1. Et ibid. Greg. Lop. Hevia in Cur. p. 1. §. 5. n. 18. qui alios pro hac DD. citat. Gloss. in C. 1. de Mutuis petit. V. Super suis, Barbos. ibid. n. 4. contra Abbat. Socin. & alios. Etiam coram Judice Sæculari debent Ecclesiastici stare, si bona concessa sint Ecclesiis cum reservatione jurisdictionis Sæcularis. Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 6. in fin. Sic Reges nostræ Hispaniæ sibi reservant jurisdictionem in locis, & territoriis, in quibus jurisdictionem temporalem Episcopis, vel aliis personis Ecclesiasticis concesserunt. L. 8. tit. 3. lib. 1. R. C. ibi: *Mandamos, que los Prelados, ó otras personas Ecclesiasticas de estos Reynos, en los casos, que tuviere jurisdiccion temporal, assi en la primera instancia, como en grado de apelacion: ayan de poner, y pongan personas legas, que la exerciten, y administren, y no pongan personas Ecclesiasticas: y procediendo los dichos Prelados por sus personas en los dichos casos, en que tuviere jurisdiccion temporal, no procedan por Censuras; è que los dichos Jueces legos que pusieren, procedan como Jueces temporales, è no como Jueces Ecclesiasticos, segun lo hacen los otros nuestros subditos, que tienen Vassallos, è jurisdiccion temporal en los nuestros Reynos: y mandamos, que en todas las causas temporales, que de ellos, è de qualquiera de ellos fuere apelado, otorguen las apelaciones para las nuestras Chancillerias, è para otros qualesquier nuestros Jueces, à quien pertenezca el conocimiento de las tales apelaciones, en caso que las dichas apelaciones ayan lugar; y que ante los dichos Jueces legos pongan Escrivanos legos, publicos, y Reales, ante quien passen los Autos, habiles, y examinados, y no pongan Notarios Apostolicos; y los del nuestro Consejo den las provisiones necesarias para que assi se cumpla.* Deinde coram Sæculari debet stare Clericus, qui laico rem vendidit, si evincatur à Laico. L. 57. tit. 6. p. 1. quia

quia tunc tantum indirecte contra Clericum agitur. Similiter ille Clericus, qui nomine alieno ratione officii convenitur, ut Tutor, Curator, vel Procurator alicujus Laici. *Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 130.* vel si Clericus sit heres alicujus Laici, post litem cum defuncto contestatam, tenetur coram Sæculari stare. *L. 57. tit. 6. p. 1. Et ibid. Greg. Lop. V. Demanda,* quia ubi inceptum est semel iudicium, ibi, & finem accipere debet. *L. 30. ff. h. t. Clerici Administratores pecuniæ publicæ, vel Regiæ, vel habentes aliud Officium Sæculare, v. g. si sint Auditores Regii, Cathedratici, vel Medici, etiam Familiares S. Inquisitionis, & etiam equites Ordinum Militarium, qui sunt Decuriones alicujus Civitatis, & alii hujusmodi, ratione officiorum (sed non ultra, nec extra ipsa) conveniuntur attempto jure Hispaniæ, coram Judice Sæculari. *Hevia in Cur. Phil. p. 1. §. 5. ex n. 22.**

12 In criminalibus potest etiam in aliquibus casibus Judex Sæcularis contra Clericum procedere, scilicet. 1. quando Clericus, etiam si Sacerdos sit, est actualiter degradatus, & brachio Sæculari traditus. *C. 4. c. 10. h. t. 2. si sit assassinus. C. r. de Homic. in 6. debet tamen procedere declaratio assassinii facta à Judice Ecclesiastico; ex Declarat. Clem. VIII. 18. Dec. 1595. Et procedit de verò assassino, qui ope infidelium homicidium perpetravit. 3. si habitum, & tonsuram non deferat, & ter monitus sit ab Episcopo sub poena amittendi privilegii Clericalis, illud amittit. *C. 25. c. 45. de Sent. Excommunic. 4. si dimisso habitu Clericali se enormitibus immisceat, & non respiciat post trinam Episcopi monitionem. Covar. Practic. qq. c. 32. n. 2. Barb. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 71. Et seqq. 5. Clerici Goliardi seu bufones, macellarii, seu carnifices, vel tabernarii, si moniti tertio, non desistant, ipso jure privantur privilegio Clericali. *C. un. de Vit. & honest. in 6. Cl. 1. eod. Etiam aliquando Laici Judices contra Clericos procedunt de licentia saltem præsumpta Ecclesiastici, idèd possunt apprehendere, detinere, imò, & in carcere Clericum in flagranti delicto deprehensum, si periculum est in mora, ut quam primum ad Judicem Ecclesiasticum remittant, quod praxi totius Orbis comprobatur: quinimò in nostra Hispania habetur in *L. 9. tit. 3. lib. 1. R. C. Clerigos de Orden Sacra, & Religiosos, & Sacristanes que fueren hallados andando de noche****

*despues de la Campana de quida por qualquier Ciudad, Villa, & lugar sin lumbré, & sin traer habito de Clerigo; & Frayle: que sea preso por los nuestros Alcaldes, & Justicias del Lugar donde assi fuere tomado, & los lleven à sus Prelados, & Vicarios, siendo tales, que deban gozar del privilegio del fuero: y los requieran, y amonesten, que requieran, y amonesten à sus Clerigos, y Religiosos, no anden de noche, y à los Sacristanes sin lumbré, & habito honesto; y si dende en adelante no lo guardaren, se passe contra ellos por nuestras Justicias, como hallaren por Derecho. Et ibid. Aceded. Etiam potest capi per Sæcularem Clericus de fuga suspectus, quando delictum est notorium, vel quando debitum non vult solvere, nec cautionem de eo solvendo præstare vult: & quidem tunc, & ab ipso creditore detineri potest. Quando Clericus portat arma prohibita, potest eis à Judice Sæculari spoliari, & ipse capitur, ut tradatur Judici Ecclesiastico puniendus; imò, & juxta Covar. potest imponi Clerico poena statuta contra portantes arma prohibita. *Aceded. in L. 9. tit. 3. lib. 1. R. C. potestque Clericus detineri, & incarcerari à Judice Laico, quando aliter non potest impediri crimen, quod intendit facere: vel si aliter non potest præcaveri damnum proximo imminens. Et præter alios casus, potest capi à Laico, quando hinc autoritate, vel mandato Judicis Ecclesiastici procedit. Si Clericus reus læsæ Majestatis sit, & se immisceat rebellioni, aut proditioni subditorum, si inter perdueles in pugna reperiat, potest occidi, vel capi à Judice Sæculari, si aliter damnum caveri nequeat: nam hoc ad defensionem naturalem spectare censetur. At verò quando captus est, non potest contra ipsum à Sæculari procedi, nisi prius degradetur. *C. 4. c. 10. h. t. C. 2. c. 12. de Foro compet. C. 27. de V. S. Si Clericus, vel Regularis fides monetam, degradatur, & traditur Curie Sæculari puniendus; ex *Const. Urban. VIII. Barbos de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 97. Quando Clericus perturbat Regiam Jurisdictionem, vel publicam pacem potest à Rege bonis temporalibus, quæ in suo Regno obtinet, Hispaniæ Temporalidades privari: & à Regno ejici. Hispaniæ: Estrañar. Et quidem Rex non exercet tunc in Clericis jurisdictionem, sed utitur æconomica potestate, sicut Patrifamilias potest à sua domo Capellannum expellere, quia non expedit quod in sua domo illum retineat. *L. 18. tit. 9. p. 1. L.*****

*L. 25. tit. 3. lib. 1. R. C. L. 13. tit. 3. lib. 4. R. C. L. 1. tit. 6. lib. 1. R. Ind. L. 1. 1. 2. tit. 8. lib. 1. R. C. L. 17. tit. 5. L. 16. tit. 6. lib. 3. R. C. & sæpe alibi. Et in L. 28. tit. 14. lib. 1. R. Ind. præcipit Rex gubernatori harum Insularum, quod non permittat hic Religiosos scandalosos degere. Sed quia hæc materia gravissima, & periculosissima est, & quia doctrinæ, quæ in hoc puncto versantur non sine limitatione, vel restrictione ab omnibus admittuntur: quando casus contingat maturus, & sedulo iudicio non præcipiti temeritate casus examinatur: ita ut quantum pax publica permittat, Ecclesiasticis iudicibus debitus honor exhibeatur. Et in dubio pro Ecclesia stare debemus. Casus prædicti possunt latius videri apud *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. Bobadilla Polit. lib. 2. cap. 18. Ceval. de Cognit. per viam violent. p. 2. q. 23. Solor. de Jur. Indiar. t. 2. lib. 3. cap. 27. Hevia in Cur. Phil. p. 3. §. 3.**

13 Etiam ad forum, & Judicem Ecclesiasticum pertinent aliquæ causæ temporales, etiam quando reus est Laicus: quæ quidem ad utrumque forum spectant, & idèd mixti fori dicuntur, daturque in ipsis locus præventioni, ac proinde de ea causa cognoscit Judex, qui prævenit, sive Ecclesiasticus, sive Sæcularis sit. *Bobadilla Polit. lib. 2. cap. 17. n. 163. Gonz. in C. 2. h. t. n. 8. Ita tamen, ut si Laicus punitus est in Foro Ecclesiastico, vel Sæculari condignè, poena scilicet ordinaria delicto correspondente, non potest in alio foro rursus puniri. *C. 6. de Accusat. ibi: De his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio repetari. L. 6. §. fin. ff. Naut. Caup. ubi dicitur quod de eodem delicto sæpius querendum non est. Si verò solum poena medicinalis, vel in foro poenitentiæ, licet poenitentia fuisset publica, vel poena, etiam judicialis, sed non condigna delicto, in Foro Ecclesiastico, v. gr. est imposta, adhuc in Foro Sæculari potest suppleri, quod deest justo supplicio. *L. 3. C. de Sportul. C. 5. de Poenis in 6. Qui enim commisit crimen mixti fori utramque Rempublicam, Ecclesiasticam videlicet, & Sæcularem offendit: justum ergo est, ut ab utraque coerceatur. Et hæc ratio si Laicus accusatus de delicto mixti fori, sit absolutus à Judice Ecclesiastico potest condemnari à Sæculari. Ut tenent *Ant. Gom. 3. Var. cap. 1. n. 10. & alii contra Glos. in C. 6. de Accusat. V. Replicari. Casus ergo mixti fori sunt sequen-****

tes. Quando in causis matrimonialibus, decimarum, juris patronatus, & aliis spiritualibus, vel ipsis annexis, & aliis spiritualibus, vel ipsis annexis, non disceptantur quæstiones juris, sed tantum mori facti. V. gr. si de adulterio agatur ad illud puniendum, erit causa mixti fori: quod si ad divortium agatur ad Ecclesiasticum pertinet privative. Si agatur de possessione harum rerum retinenda, vel recuperanda contra Laicum, ad utrumque forum spectat cognitio. Idem ad utrumque forum spectant causæ sacrilegii, & invasionis rerum Ecclesiasticarum. *C. 8. c. 16. de Foro Compet. causæ sodomix, fornicationis concubinitatis, incestus, blasphemix non hæreticalis, juramenti quando agitur ad ejus observationem: perjuriæ, quando ad ejus punitionem agitur: falsitatis litterarum Apostolicarum, Usurarum, Sortilegii, Magiæ, & beneficii, quando hæc non sunt hæreticalia aliæque similes causæ mixti fori sunt. Vide *Bobadilla Polit. lib. 2. cap. 17. Hevia in Cur. Phil. p. 3. §. 2. Pax in Prax. tom. 2. Præclud. Greg. Lop. in L. 58. tit. 6. p. 1. & alii com. in his enim casibus potest Judex Ecclesiasticus contra Laicum procedere, sed in Nostra Hispania, quando vult executionem facere in Laicos, vel in bona Laicorum, non debet illos apprehendere per Ministros Tribunalis Ecclesiastici, etiam si talis viget consuetudo, sed debet ad hoc invocare auxilium brachii Sæcularis: quod si aliter faciat, temporalibus privatur, & potest reus Laicus impunè resistere Ministro Judicis Ecclesiastici. *L. 14. l. 15. tit. 1. lib. 4. R. C.***

14 Exemptio Clericorum à jurisdictione sæculari, quoad causas temporales esse de Jure Divino, tenent *Glos. in C. 11. D. 96. V. Discuti. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 4. & alii*, quod probant à paritate Sacerdotum, & Levitarum, qui erant exempti Jure Divino antiquo à jurisdictione sæculari allaram Tributum. *Levit. cap. fin. v. 28. Et ex illo David. Psalm. 104. v. 15. Nolite tangere Christos meos. Matth. 17. v. 25. ubi Christus D. dixit: Ergo liberi sunt filii; ubi nomine filiorum, juxta *D. Hieron. & August. Clerici intelliguntur. Et contra verò, hæc exemptionem in nova Legge solo Jure Positivo esse introductam, tenent *Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 28. Molin. de Just. tr. 2. D. 31. n. 11. & alii: quia nullus textus invenitur, in novo Testamento, in quo fundetur, imò contrarium constare videtur: nam *Apost. ad Rom. 13. v. 1. sic abso-****

lute dicit: *Omnis anima sublimioribus potest aribus subdita sit.* Et *D. Petr. 1. cap. 2. v. 13.* ita sit: *Subditi estote omni humano creaturæ propter Deum, sicut Regi, quasi excellenti.* Deinde: quia hæc exemptio variatur, tum quoad causas, tum quoad personas. *C. 5. h. t. C. 27. de V. S. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 6.* Imò & Clerici degradati, omnino hæc exemptione, & privilegio fori privantur. *C. 10. h. t.* quod non accideret, si exemptio, & privilegium fori esset de Jure Divino, sicut est character. Et sanè hæc sententia ex predictis fundamentis verior apparet, saltem si addamus, hæc exemptione mediata, & in ordinatione esse Juris Divini, immediate tamen esse Juris Ecclesiastici: quod clarè patet ex *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 20.* ubi dicitur. *Nec permissum, ut Officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesia, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonis sanctionibus constitutam, &c.* Et quidem dicitur constituta ordinatione Dei: quia statuta est ad imitationem Juris Divini antiqui, & ex quodam instinctu, & quodammodo ex præcepto Dei, siquidem Clerici ex ipsius Clericatus institutione à Deo facti sunt Patres & Magistri fidelium. *C. 9. D. 96. ibi: Quis dubitet, Sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque fidelium Patres, & Magistros censeri? Nonne miserabilis insanie esse cognoscitur, si filius Patrem, discipulus Magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subjicere, à quo credit, non solum in terra, sed etiam in Cælis se ligari posse, & solvi.* Et hoc temperamento adhibito benè concordantur DD. utriusque sententia, facillè intelliguntur textus utriusque partis, & præcipuè *Text. in C. 4. de Consib. in 6.* ubi dicitur, hæc immunitatem esse Juris Divini. Et *Text. in C. 15. 12. q. 1.* ubi Constantinus dixit: *Dii etenim vocati estis, & idcirco non potestis ab omnibus judicari.* Et *Psalm. 104.* *Dii enim estis* Deinde, illud Christi D. apud *Matth. 17. v. 25.* *Ergo liberi sunt filii ad summum probat, Divum Petrum, & ejus successores esse immunes de Jure Divino; vel si latius sumatur, nimis probat, cum non solum Clerici, sed & omnes fideles, filii Dei nuncupentur.* E contra verò illud Divi Petri, & Divi Pauli, quod pro secunda sententia afferitur, solum probat, quod quisque debeat subesse suo legitimo Superiori: Laicus, scilicet, Sæculari, Clericus verò Ecclesiastico. Et hæc sententiam tenent. *Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. n. 25. Gonz. in C. 8. h. t. n. 11. & alii.*

15. Quamvis Judex Ecclesiasticus possit cognoscere contra Laicum in causis miserabilium personarum, & oppressarum, vel quando Judex Sæcularis negligens est in administranda justitia. *C. 10. c. 11. c. 15. de Foro compet.* tamen in nostra Hispania hoc non admittitur: siquidem Laicus non potest coram Judice Ecclesiastico Laicum in re merè profana convenire, nec Ecclesiastici jurisdictioni se submittere: nam punietur amissione actionis, & officii, & aliis poenis pecuniariis. *L. 10. tit. 1. lib. 4. R. C. ibi: Ordenamos, que ningun Legosea ossado demandar, citar, ni emplazar à otro Lego delante del Juez de la Iglesia, ni hacer ni otorgar obligacion sobre si, en que se someta à la jurisdiccion Ecclesiastica sobre deudas, & cosas profanas, à la Iglesia no pertenecientes: y si lo hiciere, mandamos, que por el mismo hecho pierda la accion, y sea adquirida al reo; y si tuviere officio en qualquier de las Ciudades, Villas, y Lugares de nuestros Reynos, pierda el officio; y si officio no tuviere, que dende en adelante no pueda aver otro; y demás que cayen en pena de diez mil maravedis, la mitad para el acusador, y la otra mitad para el reparo de los Muros en la Ciudad, Villa, & Lugar, do esto accoviere, Acoerda. ibid. n. 47.* Quando ergo Judex Sæcularis est negligens in administranda justitia, hæc negligentia supplenda est à Judice Sæculari illius Superiori, non verò ab Ecclesiastico: quia Ecclesia administrationi justitiæ in temporalibus, & profanis causis non se immiscet, quando ad Superiorem datur recursus. *C. 13. h. t. L. 10. l. 11. tit. 1. lib. 4. R. C.* similiter negligentia Judicis Ecclesiastici ab Ecclesiastico Superiori suppletur: minimè verò à Laico, qui est jurisdictionis Ecclesiasticæ incapax. *C. 2. h. t.* debentque propterea Prælati Ecclesiastici Laicis de Clericis: appellatione frustratione non obstante, justitiam facere: *Ne pro defectu justitiæ Clerici trahantur à Laicis ad judicium sæculare, quod omnino fieri prohibemus.* *C. 17. h. t.* In nostra Hispania ab antiquo viget consuetudo, ut Prætoria Regia per viam violentiæ extra ordinem cognoscant de abruptis processibus Ecclesiasticorum, quando hi deferre nolunt justis reorum appellationibus, Regiique Senatores Regiam Provisionem emittunt, ut Judex Ecclesiasticus cesseret, & per 60. dies absolvat excommunicatos, si qui sunt, præcipiatque Notario, ut parti tradat processum originale: & eo in Supremis Tribunalibus relato, absque novis actis, nuda notione, absque illo jurisdictionis exercitio declaratur, Judicem Ecclesiasticum

siasticum in non deferendo appellationi vim facere: jubeturque, ut appellationi deferat. *L. 36. tit. 5. lib. 2. R. C. ibi: Por quanto assi por derechos, como por costumbre inmemorial, nos pertenece dizar las fuerças, que los Jueces Ecclesiasticos, y otras personas hacen en las causas que conocen, no otorgando las apelaciones, que de ellos legitimamente son interpuestas: por ende mandamos à nuestros Presidentes, y Oidores de las nuestras Audiencias de Valladolid, y Granada que quando alguno viniere ante ellos quejandose, que no se le otorga la apelacion, que justamente interpone de algun Juez Ecclesiastico, den nuestras Carras en la forma acostumburada en nuestro Consejo, para que se otorgue la apelacion, y si el Juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer à las dichas nuestras Audiencias el Proceso Ecclesiastico originalmente, el qual trahido, sin dilacion lo vean: y si por él les constare, que la apelacion està legitimamente interpuesta, alzando la fuerça, provean que el tal Juez la otorgue, porque las Partes puedan seguir su justicia ante quien, y como deban, y repongan lo que despues de ella huvieren hecho. Y si por el dicho Proceso pareciere la dicha apelacion no ser justa, y legitimamente interpuesta, remitan luego el tal Proceso al Juez Ecclesiastico, con condenacion de costas, si les pareciere, para que el tal proceda, y haga justicia.* Ratio hujus praxis est nam si vi oppressus, potest, Jure Naturali sic dicente, vim vi repellere, etiam cum morte aggressoris, quare ipse oppressus non poterit potentia, & brachio forti Principis defendi? Cum de illis loquens Hierem. 22. v. 3. dicat: *Hæc dicit Dominus: Facite judicium, & justitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris.* Et in *C. 31. 16. q. 7.* dicitur: *Quod si talis Episcopus agere tenet, Metropolitanus ejus hæc insinuare procuret: Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant.* Et in *C. 20. 23. q. 5.* dicitur: *Principes Sæculi nunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant.* *C. 23. c. 26. 23. q. 5. & roboratur exemplo Divi Pauli Act. 25. v. 10.* ubi Apostolus Præsidi Festo dicit: *Ad Tribunal Cæsaris sto, ibi, me oportet judicari.* Et hæc praxis, & consuetudo est approbata ab Academicis Salmantina, & Complutensi, & à Sacra Rota. Et à Sancta Theresia de Jesu, quando Nuntius reformationem à Sancta Procuratam prohibere tentavit, sagis probatum hoc remedium videtur. *Tom. 3. Epist. 27. n. 4.* Et hæc praxim, vel ex

Privilegio Pontificio, vel ex immemoriali consuetudine provenientem, vel potius in Jure naturali fundatam defendunt. *Bañez 1. 2. q. 6. art. 1. dub. 2. concl. 6. Saig. de Reg. Protect. lib. 1. cap. 1. n. 343. Puncte de Utriusq. Monach. concord. L. 1. cap. 11. §. 2. Salsed. de Leg. Polit. lib. 1. ex cap. 7. Croll. de Cognit. per viam violat. ubi latè Aced. in L. 2. tit. 6. lib. 1. R. C.* Et præcipuè in *L. 80. tit. 5. lib. 2. R. C.* ubi dicitur, quod prædictum remedium non est contra Bullam Cœnæ: & redditur ratio: *Y que el remedio de la fuerça es el mas importante, y necessario, que puede aver para el bien, y quietud, & buen gobierno de ellos, sin el qual toda la Republica se turbaria, & se seguirian grandes escandalos, è inconvenientes.* Idem remedium sæpè repetitum habemus pro his Indiarum Provinciis in *L. 134. & seqq. tit. 15. lib. 2. R. Ind.* Et meritò quidem: nam sæpè in his remotissimis Regionibus accidit, quod dicebat Onias 2. *Machab. 4. v. 6.* *Videbat enim sine Regali providentia impossibile esse, pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua.* *Solorz. de Jur. Indiar. t. 2. lib. 4. c. 3. n. 35. Villaroel de Regim. Eccles. p. 1. q. 1. art. 12. ex n. 49. Et p. 2. q. 11. art. 2. n. 20. Avendañ. Thesaur. Indic. tom. 1. tit. 2. cap. 7. ex n. 79.* & alii plures contra aliquos: debent tamen cavere Judices, ne in hujus remedii usu excedant. Via namque periculosa est, & eget moderamine certo.

16. Judicium variis modis finitur. 1. Per sententiam definitivam, quæ rei controversæ finem imponit. Tunc enim Judex suo officio jam functus est, & Judex esse desinit, quoad illam causam. *L. 55. ff. de Re judicat.* quod si non sit appellatum intra decemium in foro Ecclesiastico. *C. 15. de Sentent. & re judic. & ubi Jus Civile servantur Novel. 23. cap. 1.* vel intra quinque dies in foro Sæculari in nostra Hispania. *L. 1. tit. 18. lib. 4. R. C.* Controversia finitur omnino: nam sententia transit in auctoritatem rei judicate. Quod si à sententia lata sit appellatum in tempore oportuno, finitur instantia, quamvis adhuc sub lite maneat controversia. 2. Finitur judicium mutua partium voluntate: nam quamvis judicio cæpto, neuter litigans, repugnante adversario possit ab illo recedere; *arg. L. 5. C. de O. & A.* tamen si uterque consentiat, cum nulli fiat injuria, & quilibet juri in sui favorem inducto renuntiare valeat, benè possunt à judicio recedere, sagis possunt alii contra-hentes à contractu mutuo consensu discedere. *C. 2. de Sponsal. 3. Jure Civili cau-*

sa criminalis intra biennium, civilis intra triennium à contestatione litis debebat decidi; alias peribat instantia *L. 13. C. h. t.* aliquibus casibus exceptis apud DD. sed jam usu contrario hujusmodi Lex cessavit: Jure tamen Canonico instantia perpetuatur, donec terminetur per sententiam. Ut contra aliquos deducitur ex *C. 20. h. t.* & tenent *Glos. ibid. Barbosa. & alii. In Trid. sess. 24. de Ref. cap. 20.* permittitur, ut partes elapso biennio possint Judicem Superiorem adire; sed si velint, possunt prosequi instantiam apud Judicem inferiorem, coram quo inceptum est iudicium. Similiter finitur instantia, quando pars absolvitur ab observatione iudicii, ita ut non teneatur jam in ea instantia respondere. Sed tamen alteri parti jus suum reservatur, ut novo iudicio intentato, possit procedere: quod accidit, si in litis progressu appareat, quod actoris petitio fuit inopere proposita. *C. 15. h. t.* vel reo comparente ad præfixum terminum actor contumaciter absit: Tunc enim potest reus petere ab instantia absolvi; in aliisque ejusmodi casibus.

17 Iudicium ex variis capitibus solet esse nullum, ita ut nullum effectum producat: tale est quando Judex, vel est incapax Jurisdictionis, vel eam actu non habet, vel etiamsi habeat, est impedita. *C. 4. h. t. c. 24. de Sentent. & re judic. L. 2. h. fin. C. Si à non compet.* vel si litigantes personam legitimam standi in iudicio non habeant, vel si Procurator careat mandato sufficiente, vel si defuit actus, vel solemnitas substantialis, v. gr. citatio, contestatio litis, vel sufficiens instructio causæ. In nostra Hispania defectus ordinis iudicari non annullat iudicium, quoties sufficienter potest de veritate rei controversæ constare. *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. ibi: Por ende establecemos, assi en los Pleytos Civiles, como Criminales, assi en primera instancia, como en segunda, ò terçera, que si la demanda ò acusacion pareciere assentada en el Proceso, aunque no sea dada por la Parte en escrito, ò faltare en la Demanda el Pedimento, ò alguna de las cosas, que en la Demanda debent de ser puestas, segun la subtilidad del Derecho, ò que no se aya fecho juramento de calunnia, estando pedido por la parte una vez solamente, ò que la sentencia no fud leida por el Alcalde, ò que desfallesen las otras solemnidades, y substancias de la orden de los juicios, que los Derechos mandan, ò alguna de ellas, contenidose todavia en la Demanda la cosa, que el Demandador entendiò demandar, ò el Acusador pedir, seyendo*

*hallada, y probada la verdad del fecho por el Proceso, en qualquier de las instancias que se viere, sobre que se pueda dar cierta sentencia, que los Juces que conocieren de los pleytos, y los ovieren de librar, los determinen, y juzguen segun la verdad que hallaren probada en los tales Pleytos: y las Sentencias, que en ellos dieren por las razones dichas, no dexen de ser valderas. Pero si el demandado, seyendo llamado antes que vaya el Pleyto adelante, pidiere que el Demandador de su Demanda por escrito, que quede en alvedrio del Juez para lo mandar, si viere que conviene, que se haga assi. Y ansimismo, que si las cosas, que fueren de substancia del juicio, y la Parte pidiere, declarandolas, que la otra Parte las guarde, y no quisiere, seyendo llamado; y lo mismo en no jurar de calunnia, seyendole pedido, y mandado dos veces, que entonces sentenciando el Juez, sin se facer lo susodicho, sea avido el Pleyto por ninguno, y el Juez condenado en costas: ubi latè Azeved. varias quæstiones disputans. Acta in aliquo iudicio coram Juce competente discussio fidem faciunt in alio iudicio inter easdem personas, & ad eundem finem, etsi diversus sit Judex, & etiamsi sententia non sit lata in primo iudicio v. gr. si tantum depositiones inveniantur. *C. 15. de Testib.* sicut sententia lata per Ecclesiasticum admittitur in foro Seculari, & contra, cautæque exceptionem rei iudicata: *C. fin. de Except. in 6.* quippè jam est parti jus adquisitum, quod alius Judex illi non debet tollere. Acta verò coram Juce incompetente, vel in iudicio nullo, cum nulla sint, non faciunt fidem coram competente Juce. *C. 4. h. t.**

18 Sæpè iudicia insigniuntur nomine actionum, quibus in unoquoque iudicio agitur. Sic solet dici iudicium personale, reale, bonæ fidei, stricti juris, simplex, duplex, &c. Et cum in litium pugna arma, quibus adversarios impetimus sint actiones, de illis necessarium est saltem duo verba proferre. *Actio enim est jus persequendi in iudicio, quod sibi debetur. §. 1. Inst. de Actio.* hoc est, facultas à jure concessa ad persequendum quod debetur, non solum jure personali ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto, sed etiam quod debetur, quia nostrum est. Actio ergo multiplex est. 1. Actio alia est realis, alia personalis. Actio realis, seu in rem est illa, qua rem nostram, quam alius possidet, vel dolo desit possidere, petimus. Hæc rursus alia est Civilis, alia Prætoria, prout à Jure Civili, vel Præ-

Prætorio proveniebat. Et quidem civilis, vel est in rem corporalem, ut est rei vindicatio, quæ soli Domino ad rem suam vindicandam, competit: vel est in rem incorporalem, ut *actio confessoria*, quæ competit ad servitutem asserendam contra quemcumque eam impediendam, vel etiam *actio negatoria*, quæ competit ad servitutem negandam contra quemcumque possessorem: qua quidem negatur, servitutem ad eum pertinere. Actio præjudicialis, per quam agitur, an aliquis sit liber, vel servus, etiam Civilis est, quia in ea de dominio mancipii quaeritur, & domini vindicatio Civilis est. Etiam actio realis Prætoria, qua rem persequimur multiplex in jure invenitur. 1. Actio *Publiciana*, sic dicta à suo Authore Publico Prætoris; qua quis repetit à quocumque possessore, tanquam usu captam, (licet nondum usucapra sit) rem, quam bona fide à non Domino accepit, dummodo possessor, à quo repetit, vel nullo: vel inferiori titulo possideat. 2. Actio *Rescissoria*, quæ datur adversus præscribentem, ut rescindatur præscriptio, & detur restitutio: & postquam res præscripta est tanquam non præscripta habeatur. 3. *Pauliana*, qua creditor rem in ipsius fraudem alienatam à debitore revocat, tanquam si alienata non esset. 4. Dux alia actiones præjudiciales de libertate, & de partu agnoscendo. De alia præjudiciali jam diximus. 5. Actio *Serviana*, quæ datur locatori prædii rustici ad persequendas res, per conventionem expressam in securitatem pensionis, sibi obligatas. 6. *Quasi serviana, seu hypothecaria*, quæ datur creditori cuiusque ad persequendas res sibi oppignoratas tacite, vel expresse, sive pignus sit conventionale, sive legale, sive prætorium, sive iudiciale. Etiam deservit ad possessionem talium rerum obtinendam, vel retinendam, donec debitum solvatur: & ipsa persequitur creditor pignora, & hypothecas. De quibus latè Institutarii. In *§. 3. & seqq. Inst. de Actio.* Et præcipue *Pichard.* Actio personalis, quæ etiam dicitur *condictio à condicendo, seu denuntiatio*, est illa, qua aliquem nobis dare, aut facere oportere, intendimus: & hæc rursus, vel est Civilis, vel Prætoria prout originem ducit. Civilis enim est illa, quæ ex legitimis, & civilibus causis descendit: ut est ferè omnis, quæ ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto oritur. Prætoria est illa, quæ ex naturalibus cau-

sis, & obligationibus à Prætoris, attenta æquitate naturali, roboratis, & confirmatis procedit. Talis est. 1. Actio de *Constitutio pecunia*, qua agimus, contra eum, qui constituit, vel recepit nudo pacto, se soluturum, quod ipse prius, vel alius debebat. 2. *Actio de peculio*, qua pater pro filio, & Dominus pro servo, qui sunt obligati alicui ex contractu conveniuntur, ut solvant ex peculio filii, vel servi secundum peculii vires. 3. Actio *ex jure jurando*: quando quis postulante adversario jurat, sibi deberi pecuniam, quam petit. Sic enim juranti justissime commendat Prætor talem actionem, per quam, non illud quaeritur, an ei pecunia debeatur: sed an juraverit. Latius Institutarii. In *§. 8. & seqq. Inst. de Actio.*

19 2. Actio alia est rei *persecutoria*, alia *penalis*. Rei *persecutoria* est illa, per quam petimus rem, quæ nobis abest: Tales sunt omnes actiones in rem, & etiam actiones personales ex contractibus descendentes, quibus petimus simpliciter item conditio furtiva. *Pœnalis* est illa, qua petimus pœnam nobis applicari, v. g. duplum. Talis est. 1. actio civilis *furti ne manifesti in duplum*. 2. actio Prætoria *furti manifesti in quadruplum*. 3. actio infantum *de albo corrupto*. V. gr. si Prætor Edictum proposuit, & aliquis illud conscidit, vel abstulit datur contra hunc actio pœnalis de albo corrupto: quæ sic vocatur, quia Edictum dicitur album, quia albis litteris conscribebatur. 4. actio *de in jus vocando*, quæ datur contra filium emancipatum, vel libertum, qui patrem, vel patronum sine venia in jus vocarunt. 5. actio *de vi eximente in jus vocatum*, quæ datur contra eum, qui vi eximit, aut dolo fecit, ne ad iudicium veniret ille qui mihi obligatus in jus vocatus erat. Aliæque innumerabiles actiones pœnales inveniebantur. *§. 12. Inst. de Actio.* quod si quis simul rem, & pœnam peteret, erit actio *mixta*: Talis est. 1. actio civilis *Legis Aquiliae* de damno injuria dato, non solum si adversus infancientem, in duplum agatur, sed interdum licet in duplum quisque agat. *§. 19. Inst. de Actio.* 2. *legatorum ad pias causas*: nam si hæredes, vel testamentarii ea dare distulerunt, usque adeò, ut etiam in iudicium vocarentur; tunc, & ipsam pecuniam relictam, & aliud tantum pro pœna dare compelluntur. 3. actio Prætoria *depositi miserabilis*, quæ in duplum datur adversus eum, qui tumultus, incendi, ruina, & naufragii causa depositum inficiatus fuerit, ejus-

eiusvè haredem fraudulenter. 4. actio *vi bonorum raptorum*, qua in quadruplum agitur, sed in eo rei persecutio continetur, ita ut poena sit tripli.

20 3. Quædam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam. Talis est. 1. Actio *familie heriscunda*, quæ competit cohæredibus pro dividenda hæreditate. 2. Actio *communi dividundo*, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut dividatur. 3. Actio *finium regundorum*, qua inter eos agitur, qui confines ægros habent: in quibus tribus iudiciis permittitur iudici ex bono, & æquo rem alicui ex litigatoribus adjudicare, & si unius pars prægravari videtur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. §. 20. *Inst. de Actio. 4.* Aliæ actiones sunt *bonæ fidei*, aliæ *stricti juris*, aliæ *arbitrarie*. 1. bonæ fidei actiones, ita dictæ quasi late interpretationis, sunt illæ, in quibus iudici permittitur ex bono, & æquo iudicare, etiam de rebus, de quibus inter partes conventum non est. Et quia in eis æquitas exuberare debet, actiones bonæ fidei nuncupantur. Tales sunt actiones ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familia heriscunda, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimate proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, hæreditatis petitio, & actio ex stipulatu pro exactiōne dotis. §. 28. *Inst. de Actio. Stricti juris* actiones, quasi strictæ interpretationis dictæ, sunt illæ, in quibus iudex solum ex præscripto formulæ, atque conventionis iudicat, nulla æquitas habita ratione: Tales sunt certi conditiones ex omnibus ferè causis, & actiones ex stipulatu, mutuo, & arbitrio, & reliquæ, quæ inter actiones bonæ fidei non inveniuntur. *Arbitrarie* sunt ille in quibus arbitrium iudicis præcedit condemnationem, ut sunt Publiciana, Serviana, quasi Serviana seu Hypothecaria, quod metus causa, de dolo, quod certò loco, & ad exhibendum: In his enim actionibus, & aliis similibus permittitur iudici ex bono, & æquo secundum cuiusque rei, de qua agitur, naturam, æstimare quemadmodum actori satisfieri oporteat. 5. Aliæ actiones sunt *perpetuæ*, aliæ *temporales*: *Perpetuæ* sunt illæ, quæ sine aliqua temporis taxatione olim proponi poterant, quousque certos limites constitutiones eis imposue-

runt. *Temporales* sunt illæ, quæ ad determinatum tantum tempus durant ex juris dispositione, quales erant olim prætorie, quæ uno tantum anno, sicut officium Prætoris durabant: & hodie est actio *redhibitoria*, quæ sex mensibus præscribitur, & aliæ.

21 6. Aliæ Actiones sunt *transitorie ad hæredes*, aliæ *non transitorie*. *Transitorie ad hæredes* sunt illæ, quæ post mortem actoris, vel rei adhuc durant, & in eorum hæredes transeunt. Tales sunt actiones, quæ fluunt ex dominio, actiones in rem, quæ transeunt ad hæredes actoris: secus ad hæredes rei, nisi ad ipsos transeat res. Item actiones, quæ ex contractu, vel quasi contractu oriuntur, quæ quidem dantur hæredibus actoris, vel creditoris, & contra hæredes rei, vel debitoris. L. 152. l. 157. ff. de Reg. jur. actiones verò, quæ ex delicto nascuntur, quando criminaliter agitur ad vindictam, seu poenam publicam defuncto eo, qui reus criminis fuit, extinguuntur, sicut morte ipsæ extinguuntur crimina. L. 6. ff. de Public. iudic. ac proinde non transeunt ad accusatoris, nec rei hæredes. Nam reo defuncto ulterius non progreditur. Actiones, quæ ex delicto descendunt, & simul poenales sunt, non transeunt contra hæredes rei. Nam ut ait Justinian. in §. 1. *Inst. de Perpet. & tempor. action. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis poenales actiones in hæredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni, injuriæ: Sed hæredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur.* Aliquando tamen ex contractu actio contra hæredem non competit, veluti cum testator dolo versatus sit, & ad hæredem ejus nihil ex ea dolo pervenit. Poenales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & heredibus dantur, & contra hæredes transeunt: Si ad delinquentis hæredes aliquid pervenisset, contra ipsos transit actio in quantum ad ipsos pervenit. L. 44. ff. de Reg. jur. Jure Canonico actio orta ex delicto, quatenus est rei persecutoria, cum supponat verum debitum defuncti, & æs alienum, ad quod solvendum hæredes tenentur, ad ipsos transit, etiamsi lis cum defuncto non sit contestata. C. 5. de Raptor. C. fin. de Sepultor. 7. Aliæ actio est *directa*, aliæ *contraria*. *Directa* est, quæ com-

TIT. II.

De foro competente.

22 *Forum* propriè dicitur locus ubi nundinæ fiunt, *Hispani*: *Plaza*, ò *Mercado*, sic à *ferendo dictum*, quia illuc feruntur, quæ vendenda sunt, teste *Nebrissensi*, V. Forum. Et quia in illo loco Gentiles jus dicebant, *forum*, vel *forum* nunc vocatur ille locus, seu Tribunal ubicumque sit, ubi jus dicitur. L. 9. §. 4. ff. de Pœnis, aliè hoc intelligit D. Isidorus in C. 10. de V. S. ubi sic ait: *Forum est exercendarum litium locus à fando dictus, sicut Phoroneo Rege, qui primus Græcis Legem dedit.* Etiam dicitur *Tribunal*, *Audientia*, & *Consistorium*. Etiam forum sumitur pro jurisdictione, seu potestate publica cognoscendi de re controversa. Et hinc causæ forenses dicuntur, quæ in foro disceptantur. Forum ergo sumptum pro loco iudicii exercendi est duplex, aliud *competens* incompetens aliud. *Competens* est illud, in quo reus conveniri potest, & debet: & hoc dicitur *simpliciter competens*: nam est & aliud quod licet incompetens sit, potest consensu partium iudicis inibi jurisdictioni prorogari. Tale est forum Ecclesiasticum respectu Laicorum. C. 18. h. t. *Incompetens* est illud, in quo nec debet, nec potest reus conveniri: & si jurisdictioni talis iudicis nec consensu partium possit prorogari, dicitur *simpliciter incompetens*, & iudex ibi iudicans *incapax habetur*. Talis est Laicus respectu causarum spiritualium. C. 18. h. t. Et sententia ab eo lata est ipso jure nulla. C. 4. de Judic. L. 2. l. fin. C. Si à non compet. contra quam etiam post tres sententias nullitas potest opponi. Si tamen sententia lata sit à iudice incompetente, cuius jurisdictione à partibus potest prorogari, & hoc ab ipsis sciatur, & non opponatur exceptio fori declinatoria, valet, & sustinetur sententia; secus est, si ignorarunt talis iudicis incompetentiã: nam tunc non censetur in prorogationem consentire; arg. l. 15. ff. de Jurisdic. Rursus forum dividitur in *Seculare*, & *Ecclesiasticum*, sicut de iudicio jam diximus: Ecclesiasticum aliud est *externum*, *internum* aliud. *Externum*, quod *forum fori* appellatur, est illud, in quo secundum allegata, & probata iudex procedit. Et quidem aliquando dicitur *contentiosum*, estque illud, in quo exercetur

competit ei, ad quem res pertinet. *Contraria*, quæ alteri competit, v. gr. actio directæ depositi competit deponenti ad repetendum depositum, & accessiones ejus. Actio contraria depositi competit ei, penes quem res deposita est ad petendum impensas, &c. 8. Aliæ est *directa*, aliæ *utilis*, *Directa* in hoc sensu est, quæ directè oritur ex verbis Legis. *Utilis*, quæ ex mente, & interpretatione Legis oritur. 9. Actio *in factum* est illa, quæ neque ex verbis, neque ex mente Legis oritur, sed per ulteriorem interpretationem est introducta ex equitate: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit, ut fugeret. §. fin. *Inst. de Lege Aquil.* Dicitur hæc actio in factum, qui actor simpliciter narrat factum, & deficit nomen actionis, vel contractus, & petit, reum, æquitate exigente, condemnari. 10. Actio *præscriptis verbis* est illa, qua quis petit, reum condemnari secundum verba præscripta in libello, in quo actor rem gestam simplici relatione verborum describit, oriturque ex contractibus innominatis. Satisque de actionibus dictum videtur, cum latiore earum explicationem prosequi, nec nostri sit instituti, nec brevi, possit spatio concludi ob materiæ ambages, & implexas difficultates: nam certè: *Hic labor ille domus hic inextricabilis error.* Sed cum nostrum Jus Canonicum non amet nimias subtilitates, non est necessarium in nostro Jure nomen actionis in libello apponere, sed sufficit simplex factum narrare. C. 6. h. t. Et idem accidit de Jure Hispano. L. 40. tit. 2. p. 3. l. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. quod si forte actor ineptam actionem intentavit, potest eam emendare, vel mutare, durante iudicio, vel postea. C. 15. h. t. ibi: *Unde intentionem tuam in hac parte pronuntiamus, non tenere, absolventes eosdem milites ab eadem: ita tamen, quod si congruentem, & aptam intentare volueris actionem, responde tibi nihilominus teneantur.* Pro pleniori tamen actionum intelligentia consulte Civilistas, & Institutores, præcipue D. D. Anton. Pichard. in lib. 4. *Inst.* qui latissime de eis agit. Et si velis eas ad proximum reducere, vide *Fundamentalium Suar. de Paz in Prax. tom. 5.* ubi sermone Hispano habet libellos formatos singulis actionibus correspondentes.